

V. - Elenco dei traduttori e collaboratori.

Traduttori della Bibbia UTET (testo base):

Mons. Enrico Galbiati, Can. Angelo Penna, Mons. Pietro Rossano

Collaboratori per la revisione biblica:

Bovo Sebastiano, O.S.B. - Abate di S. Giovanni, Parma - già' professore di Sacra Scrittura alla Badia di Praglia

Bressan D. Gino, F.D.P. - Dottore in Scienze bibliche - Professore di Sacra Scrittura alla studentato Teologico "D.Orione", Tortona

Cipriani Mons, Settimio - Dottore in Scienze Bibliche - Professore di Sacra Scrittura al Seminario Regionale di Salerno.

Nardoni Mons. Fulvio - Professore di Sacra Scrittura al Seminario di Fiesole

Palmarini Mons. Nicola - Professore di Sacra Scrittura al Seminario di Albenga

Piazza Mons. Alessandro - Vescovo di Albenga

Zedda P. Silverio - Dottore in Scienze Bibliche, Professore di Sacra Scrittura alla facolta' di Napoli, Vice Presidente dell'A.B.I.

20.4.1969:

VI GIORNATA MONDIALE DI PREGHIERE PER LE VOCAZIONI

La Nunziatura Apostolica d'Italia, con lettera n. 1051 del 19.2.1969, nel trasmettere alcuni documenti in allegato, relativi alla Giornata Mondiale di preghiera per le vocazioni, ha così' scritto al Card. Presidente:

L'Eminentissimo Signor Cardinale Gabriele Maria Garrone, Prefetto della S. Congregazione per l'Educazione Cattolica, con Foglio circolare del 5 febbraio corrente, mi rimette copia della lettera che quel Dicastero, dopo aver preso accordi colle altre SS. Congregazioni interessate, sta inviando a tutti gli Ecc.mi Ordinari, in merito alla preparazione della "Sesta Giornata Mondiale di preghiera per le vocazioni".

Circa tale "Giornata" il detto Porporato così mi scrive tra l'altro: "In armonia con le venerate direttive a suo tempo impartite dal Santo Padre, essa nel corrente anno avrà luogo nella domenica 20 aprile, seconda "dopo Pasqua".

Come gli altri anni, in ossequio alle istruzioni ricevute dal suddetto Dicastero, mi permetto di rimettere a Vostra Eminenza Reverendissima copia della notificazione indirizzata agli Ordinari.

L'Em.mo Cardinale Garrone aggiunge poi il seguente commento: "Nella lettera agli Ecc.mi Presuli si è accennato in modo particolare al carattere soprannaturale della "Giornata", il quale deve prevalere su manifestazioni esterne che non siano strettamente indispensabili. In questo modo l'iniziativa comune di preghiera, illuminata dalla parola di Dio, risponde meglio alle intenzioni manifestate dal Santo Padre, ed allontana l'impressione che la "Giornata" debba consistere semplicemente in qualche forma di propaganda".

Lo stesso Em.mo Prefetto conclude la sua lettera come segue: "Sarò anch'è che riconoscente di ricevere, oltre la consueta relazione sulla avvenuta celebrazione, ogni altra informazione e documentazione che ci permette di conoscere sempre meglio le situazioni ed i problemi delle vocazioni, data la rilevanza che essi assumono nella vita attuale e per l'avvenire della Chiesa in cotesta Nazione".

A mia volta sarò pertanto grato se l'Eminenza Vostra vorrà dare disposizioni alla Segreteria Generale della Conferenza Episcopale Italiana perché a suo tempo mi metta in grado di fornire le richieste relazione e documentazione.

ALL. 1 - SACRA CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATTOLICA - PROT. N. 12/69-
Exc.mis ac Rev.mi locorum Ordinariis de "sexto die mundiali precum pro vocationibus", die 20 mensis aprilis 1969, secunda Dominica post Pascha celebrando -
Datum Romae, die 15 mensis Januarii a.D. 1969.

Excellentissime Domine,

Libenti animo Excellentiae Tuae Reverendissimae significamus "Sextum diem mundialem precum pro vocationibus" - iuxta vota Summi Pontificis - celebratum iri die 20 mensis aprilis 1969, i. e. secunda Dominica post Pascha.

Liceat adhuc mentem ipsius Summi Pontificis referre circa institutionem in perpetuum "Diei mundialis" (cf. litteras Em.mi Cardinalis a publicis Ecclesiae negotiis, die 23 ianuarii 1964, n. 13971):

l. denominetur: "Dies mundialis precum pro vocationibus";

2. sit unicus pro vocationibus sacerdotalibus et religiosis, et celebretur secunda die Dominica post Pascha;
3. competentes Sacrae Congregationes, in singulis celebrationis adiunctis communi consensu definiendis, spiritualem eius naturam et finem peculiari cura significant.

Initis proinde consiliis cum aliis Sacris Congregationibus, Exc. tiam Tuam Rev. mam rogamus ut in ista dioecesi celebrationem "Sexti diei mundialis" indicere velis, atque opportunas normas renuntiare cleto et christifidelibus, sodalitatibus, religiosorum praesertim domibus et institutis missionariis, quae in dioecesi sunt.

Quod ad nos pertinet, peculiaribus instructionibus praetermissis, cum unaquaque dioecesis iam suas laudabiles consuetudines habeat, haec pauca animadvertenda censemus:

1. Celebratio "Diei mundialis" nullum peculiare onus afferre debet quo ordinariae activitates pastorales, tempore praesertim paschali, graventur. "Dies mundialis" enim essentialiter in oratione consistit, verbo Dei quidem illustrata, pro universalibus necessitatibus Ecclesiae quae magis in dies, sacerdotibus, religiosis, missionariis indiget. Cum haec oratio apicem suum in eucharisticis celebrationibus attigerit, particulares aliae externae celebrationes per se necessariae non videntur.
2. Authentica autem oratio, fide atque caritate fundata, et firma proposita et opera cohaerentia necessario afferet. Itaque "Dies mundialis" quot annis tamquam provida exhortatio censendus est, ut omnes, iuxta suas responsabilitates et possibilitates, illam pro vocationibus apostolicam actuositatem perficiant, quae a Concilio Vaticano II enixe requiritur (cf. *Christus Dominus, Optatam totius, Ad gentes, Presbyterorum ordinis, Perfectae caritatis*, nec non *Lumen Gentium* quoad fundamenta vocationum in Ecclesia).

Hanc occasionem nanciscimur ut gratum animum nostrum omnibus Exc. mis Episcopis proferamus, qui huic Sacrae Congregationi circa "Quintum diem mundialem" anteriore anno celebratum multa ac notabilia documenta atque relationem humaniter miserunt. Speciali modo compluribus Pastoribus grates persolvimus, quorum relationes et documenta a Sacris Congregationibus pro Ecclesiis Orientalibus et pro Evangelizatione Gentium sollicita cura nobis transmissa sunt.

Pergrati sane erimus Exc. mis Ordinariis qui, "Sexto die mundiali" celebrato, relationes et documenta sive quoad ipsum diem, sive quoad generalia vocationum problemata, quae magis et magis totius Ecclesiae vitam directe respiciunt, benigne nobis mittere voluerint.

Reverenti animo omnia fausta vota Excellentiae Tuae Reverendissimae refero

in Domino Addictissimus

GABRIEL MARIA CARD. GARRONE, Praef.
+ JOSEPHUS SCHRÖFFER, Segr.

ALL. 2 - S. CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATHOLICA - PONTIFICIUM OPUS VO-
CATIONUM SACERDOTALIUM.

Cum nonnulli Exo.mi Episcopi e Sacra hac Congregatione de novis indulgentiis quaesiverint Pontificio Operi Vocationum Sacerdotalium ad normam Constitutionis Ap.licae "Indulgentiarum doctrina" concessis, sequens Rescriptum Sacrae Paenitentiariae Apostolicae omnibus quorum interest notum facimus..

1452/69/R - SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA - OFFICIUM DE INDULGENTIIS

Beatissime Pater,

Gabriel M. Card. Garrone, Praefectus S. Congregationis pro Institutione Catholica, Moderator Generalis Primarii Operis Pontificii Vocationum Sacerdotalium apud praedictam S. Congregationem existentis, humiliter petit ut, ad normam Constitutionis Apostolicae "Indulgentiarum doctrina" diei I Ianuarii 1967, n. 14, indulgentiae, a Sancta Sede sodalibus praefati Primarii Operis concessae, recognoscantur..

Et Deus etc..

Die 5 Iulii 1968.

Sacra Paenitentiaría, de speciali et Expressa Apostolica Auctoritate, benigne concedit plenariam indulgentiam, a praedictis sodalibus acquirendam, dummodo, suetis conditionibus (confessione, communione et oratione ad mentem Summi Pontificis) rite adimpletis, emiserint vel renovaverint, saltem privatim, promissionem fideliter servandi consociationis statuta:

1. die inscriptionis;

2. diebus festis S. Titularis consociationis, Sancti qui in singulis Nationibus veneratur ut Protector Seminariorum et Vocationum, SS.mi Corporis Domini, Pentecostes, Immaculatae Conceptionis et Annunciationis B. M.V. necnon Feria V in Cena Domini et Dominica II post Pascha..

Praesenti *in perpetuum* valituro absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione..

Contrariis quibuslibet minime obstantibus..

J. SESSOLO, Regens

+ JOSEPH CARD. FERRETTO
Eppus titulo Sabinensis
et Mandelensis Paenitentiaríus Maior

ALL. 3 - BREVIS RELATIO CIRCA " QUINTUM DIEM MUNDIALEM PRECUM PRO VOCATIONIBUS".

Quintus dies mundialis die 28 aprilis 1958 celebratus est; postea deinceps ampla documentatio apud Pontificium Opus Vocationum Sacerdotalium est collecta, quam Ex. mi locorum Ordinarii, Repraesentantes Sanctae Sedis, Moderatores Nationales pro vocationibus totius mundi huc transmiserunt. Sacrae Congregationes pro Ecclesiis Orientalibus et pro Evangelizatione Gentium ipsi Pontificio Operi relationes quoque a nationibus propriae competentiae miserunt, ita ut dies mundialis in omnibus et in plerisque dioecibus re vera celebratus esse videatur.

Omnibus documentis examinatis, haec principaliora elementa significari possunt:

1. Specialis Nuntius Summi Pontificis, occasione diei mundialis datus, statim Ex. mis Episcopis missus est, ita ut christifideles in suis quique linguis eum audire vel legere potuerint, vel inter sollemnia vel per radiophonicas emissiones vel ephemeridibus impressum.

2. Dies mundialis magis et magis se praebet uti aptam occasionem ad actus magisterii episcopalis circa sacras vocationes publicandos. Quod quidem magni momenti videtur cum ipsa hierarchia, Dei voluntatem interpretando, optimos iuvenes enixe atque aperte invitet quo profundiore modo divinam invitationem sacerdotalem, religiosam, missionalem examinent. Ad rem, consideratione dignae quoque videntur nonnullae Declarationes collegiales (cf., ex. gr., "Lettre pastorale de la Hierarchie Catholique en R.A.U., à l'occasion de la Journée Mondiale de Prière pour les Vocations", linguis Arabica et Gallica editam, in Coena Domini 1958).

3. Episcoporum relationes insuper spiritum proprium diei mundialis ubicumque recte esse interpretatum clare ostendunt, ut veram animorum communionem, in oratione, pro universalibus Ecclesiae necessitatibus praeter particulares vel immediatas sollicitudines, quibus aliis opportunioribus circumstantiis consulere possibile est. Oratio autem quippe quae praestantior actio sit in apostolatu pro vocationibus, ubique secundata ab aptiore ac peculiari catechesi, cui Centra nationalia et dioecesana pro vocationibus multas praebuerunt curas.

Hae autem diversae activitates practicam normam constituunt pastoralis actionis pro vocationibus, quae momenta necessaria comprehendit orationis, catechesis atque organizationis.

Summopere proinde exoptandum ut tam multa optimaque incepta, occasione quinti diei mundialis nec non praecedentium celebrationum habita, ubique continuum atque stabile fiant opus, iuxta normas Concilii Vaticani II, tamquam pars necessaria, non autem secundaria, activitatis pastoralis in singulis dioecibus ac nationibus promovendae.